



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Cap. 1. Eius ortus & character.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)



DE  
E P I D I C T I C A  
O R A T I O N E.  
L I B E R D E C I M V S.

*Eius ortus, & character.*

CAPUT PRIMVM.



Demonstr.  
tui generis  
mias.

Epidictica  
quando in-  
teglo flore  
positio nis  
emina re co-  
pi.

O STRAQYAM de p̄ccptis orationis fusiū dictum est in genere, superest ut singulas orationum species, quae magnam habent in tractatione dissimilitudinem, eodem quo cōpimus ordinis, & rationis filo perseguamur. Occurit statim in limine sub ridens *Epidictica* (sic enim vocatur) eloquentia, quae ut plurimum habet floris, & gratiae, sic aures, & animos suauit quadam delectatione perfundit. Namum est hoc orationis genus, si pr̄ser-  
tim non inchoata, & rudis, sed cumulata eiusdem ratio spectetur, adulta, & iam prope corroborata eloquentia. Nam ut arnia primū quidem ruda expeditiū periculorum metus, ad proprii capitū defensionem, qua deinde varijs expolire rationibus, ac ornamentis ars hominum commenta est. Sic eloquentiam concionum, iudiciorumque, quibus res ciui-les administrantur, necessitas primū effudit, vñs deinde aliquis, quanquam nondum illam grandem, & speciosam corroborauit.

Mox cum docti homines oratorie facultatis rationem acrius perpendere cōperunt, & à litigio rabularum clamore, turbulenta-  
risque concionum fluctibus, paulatim ad fa-

cientiae condimēta, honestamque delectatio-  
nem traducere. Emerit quādā dicendi ra-  
tio, quae licet foro, & negotiis hominibus  
eslet inuisi, apud eruditas tamen, & vacuas  
aures, mirum quoddam haberet auctum  
blandissima maiestatis. Talis est Platonis, &  
Isocratis eloquentia, grauissima quaque p̄-  
cepta sapientiae, & virtutis amabili flore ora-  
tionis complexa, quo nihil ad egregias men-  
tes oblectandas arbitror potentiū.

Quae species postquam mitiori literato-  
rum seculo perplacere cōpīt, multos habuit  
lectores, qui hac Platonis verecunda maie-  
statis, haudquam contenti, totas orationes  
hilaris, & liberis, ad aurum delicias varijs  
expeditionibus distinxerunt: Hos sophistas  
nondum odioso, sed honesto nomine, vel etiā  
λογιστας appellabant, de quorum ortu,  
& charactere, hæc in Oratore scribit Cicero.

Sed quoniam plura sunt orationum genera,  
caque diuersa, neque in unam formam ca-  
dunt omnia, laudationum, scriptiorum, & hi-  
storiarum, & talium suasionum, qualēm Iso-  
crates fecit Panegyricum, multique alij, qui  
sunt nominati sophista, reliquarumq; rerum  
formam, quæ absunt a foresi contentione,

Cit de Ep̄i-  
dictico gene-  
re indicū.

LII 2 ciuff-

**Demonstratio** eiusque totius generis, quod Græcè *πράσινον γένος*, nominatur, quod quasi ad inspicendum, **nus quale** delectationis cassa comparatum est, non complectar hoc tempore, non quo negligenda sit: Est enim illa quasi nutrita eius oratoris, quæ informare volumus, & de quo molimur aliquid exquisitius habere. Ab hinc, & verborum copia alitur, & eorum constructio, & numerus liberiore quadam fruuntur licentia. Datur etiam venia concinnitati sententiarum: Et arguti, certique, & circumscripti verborum ambitus conceduntur, de industrisq; non ex insidijs, sed aperte, ac palam elaborantur, ut verba, verbis quasi demensa, & paria respondant, ut cerebro conferantur pugnantia, comparenturque contraria: ut pariter extrema reminentur, eundemque referant in cadendo sonum: *Quæ in veritate caussarum*, & rarius multo facimus, & certe occultius.

**Thralymachus.** In Panathenaeo autem I Socrates, ea se studiosè confecta tum fateretur, non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurum scriperat. Hæc tractasse Thralymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferut Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multosque alios, quos *λογοτεχνεῖς* appellat in Phædro Socrates: Quorum satis arguta multa, sed ut modo, primumque nascientia minuta, & versiculorum familia quædam, nimis umque depicta. Idem paucis quale totum sit, id genus describit numero 42.

**Synesius in Dionis.** Dulce, igitur orationis genus, solutum, & effluens, sententijs argutum, verbis sonans est in illo Epidictico genere, quod diximus proprium Sophistarum, pompæ, quam pugnæ apius, gymnasij, & palestræ dicatur: Speculum, & pulsuum foro ἔνταξις ἡρός ὀψευστερου χαλαρώ ταῦς τετραπλότου, inquit Synesius.

**Magnus vi. Elocutio** primum inter scholarum vimbras educari, post: in publicis Athenæis, & theatris, frequentissimo plausu excepta, latè persultavit, cum eam Imperatores blandius alerent, & de stolidorum hominum ingenia frequentibus præmis, & honoribus extimularent.

In scholis autem prima adolescentium tyrocinia tenerunt epistolarum munditia, encyclearia, proprie, signata: narrationes, descriptiones, Ethopeia: In strictaverò oratione Eclogarum rusticitas amoenis quibusdam verborum violis intermixtis, & elegiarum

viro in molli petulantia lasciuens: Deinde iucunditates lyricorum, urbana iamborum amaritudines, aculeatique lusus, exitusque epigrammatum floruerunt.

Mox ad declamationes ventum est, quibus inter scholarum vmbracula iustis certaminibus proluderetur.

### De declamatione contra Montanum.

#### CAPVT II.

Epidicticæ illius perfectionis, & exterorum *Votieni de declamationis* quoque generum semper principium fuit *nibus iudicium*. vmbraiis inter priuatos paries excitatio, quam non immergit iuuentu commen- dant grauissimi digendi preceptores.

Sed tamen Montanus Votienus, Orator *Di declau-* haud ignobilis, in declamationum receptrum, mationum & lōga iam exercitatione corroboratum mo- *agendis-* agendis, graui sane oratione inuehitur apud Se- *tione, van-* necam: cuius hic rationes, quo liquidius refu- *taat, & mi-* tientur, scribam.

Qui declamationem patet, scribit, non ut *Synesius p-* vincat, sed ut placeat. Omnia itaque lenocinia *15. in Duce* ita conquirit: argumentationes, quia molesta sunt, & minimum habent floris, relinquit, sententijs, explicationibusque audientes delinire contentus est, cupit enim se approbare, non causam.

Sequitur autem hoc usque in forum de- *Stultitia* clamatores virtutum, ut necessaria deferant, dum speciosa lectantur, *gratuita* *Accessit illud, quod aduerterios quamvis fatuo singunt, respon-* *periculis.*

Præterea nihil est, quod ciuitem aliquo *damno castiget: Stultitia* *corum gratuita est.* *Vix itaque in foro futurus periculosus stupor* discuti potest: qui crevit dum turus est.

Quid quod laudationibus crebris sustineatur, & memoria illorum assuevit certis inter- uallis quiescere? Cum ventum est in forum, & defisi illos ad omnem gestum plausus exciperet, aut deficiunt, aut ladorant.

Adiace nunc, quod ab aliis nullius inter- uentu excutitur. Nemo ridet, nemo ex industria obloquitur, familiares sunt omnium vulcus, in foro, ut nihil aliud ipsum, illos forum turbat.

Hoc quod vulgo narratur an verum sit, tu melius potes scire. Declamatoria virtutis Latronem Porciū vnicum exemplum cum pro reo in Hispania Rustico Porcio pro-

pinquo